

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4770 10 B	4040	57	102
4771 11 A	4041	58	103
4772 12 G	4042	59	104
4773 13 F E	4043	60	105
4774 14 D	4044	61	106
4775 15 C	4045	62	107
4776 16 B	4046	63	108

*Nero Claudius Imper. 11.*  
*L. Calpurnius Piso.*  
 Paulus ad Timotheum secundam scripsit epistolam post primam suam coram Nerone defensionem. 11. Timot. iv, 16. Eodem tempore & ad Ephesios scripsit.  
*Nero Claudius Imper. 111.*  
*Valerius Messalla.*  
 Parthi cum Romanis acriter de Armenia contendunt. Corbulo milites longa defidia corruptos militari disciplina firmat. Tum Armeniam ingressus expugnatis castellis Artaxata succendit.  
 Ficus Ruminalis, quæ Romuli, ac Remi infantiam tegerat, mortuis ramalibus, & arescente trunco, deminuta prodigii loco habita est: donec in novos fetus revivisceret.  
 Nero Poppæam deperit, meretriciis illius lenociniis devinctus. Othonem ergo ejus conjugem Lusitanæ præficit. Tacit. xiiii.  
 Paulus ad Philippenfes, Colossenses, & Philemonem, & ut nonnullorum opinio fert, ad Hebræos scripsit. Eodem etiam tempore ad Galatas scripsisse videtur. tamen prior hæc illis, an posterior sciri non potest.  
*C. Vipsanius Pophicola.*  
*L. Fonteius Capito.*  
 Agrippina redactam se in ordinem, & a filio destitutam agrè ferens, omnibus se illi artibus conciliare studuit, etiam corporis sui potestatem ostentans. Post ab eodem interficitur. quod scelus per infamam adulationem Senatus approbavit. Exinde torum se ludis infamibus, ac turpissimis rebus addixit. Tacit. xiv.  
 Solis defectio pridie Kal. Maias in Campania hora inter septimam, & octavam conspecta. Plin. 11. cap. lxx.  
*Nero Claudius Imper. 1v.*  
*Cossus Cornelius Lentulus.*  
 Nero quinquennale ludicrum Romæ ad morem Græci certaminis instituit. Tacit. xiv. Vide lib. xi. cap. xv.  
 Corbulo Tigranocerta in deditioem accepit, & Romanis subiecit Armeniam: cui & Tigranem regem Archelai Cappadociæ quondam regis nepotem jussu Neronis imposuit. Inde in Syriam Corbulo venit morte Vinidii Quadrati legati vacuam. Tacit. xiv.  
 Festo Judææ Procuratori successit Albinus. Josephus xx. cap. viii. Euseb. Chron.  
 Laodicea terræ motu concussa propriis opibus revaluit. Putcolis jus coloniarum, & cognomentum à Nerone datum. Tacit. xiv.  
*C. Cæsonius Petus.*  
*C. Petronius Sabinus.*  
 Romani in Britannia clade affecti. cui Paulinus Suetonius insule rector subvenit: usque vicissim lxxx. m. hostium casis insignem victoriam retulit.  
 Præfectus Urbis Pedanius à seruo interfecit. Ideo familia omnis, quæ sub eodem tecto erat, morte affecta est.  
 Nero gymnasium dedicavit. Tacit. xiv.  
 Jacobus frater Domini primus Hierosolymorum Episcopus à Judæis lapidibus obruitur. cujus in locum subrogatus est Simeon. Euseb. Chron.  
*P. Marius Celsus.*  
*L. Afinius Gallus.*  
 Burrhus Præfectus Prætorio magnum Reip. præsidium veneno sublatum à Nerone. In ejus locum duo substituti; Fenius Rufus, & Tigellinus. Hi Senecam criminantur. qui missionem postulat, nec impetrat. Sed interim totus ad quietem respicit. Octaviâ pulsâ Poppæam inducit Nero. Sed populari orta seditione eandem revocat. mox in insulam relegatam interficit. Pallantem quoque ob immensas opes è medio tollit. Tacit. xiv.  
 Perseus Satyricus poëta moritur natus annos xxx. Euseb. & Interpres Persii.  
 Volageses Parthorum rex Tiridatem fratrem Armenia pulsum restituere satagit. Corbulo Tigrani contra illum auxilium portat. Cefennius Petus tuendæ Armenia præpositus à Volagefe opprimitur, & infami pactione se liberat. Tacit. xv. Dio lxi.  
*L. Memmius Regulus.*  
*Paulus Virginus Rufus.*  
 Neroni ex Poppæa nata filiola intra quartum mensem extinguitur. Syriæ executio Cincio; copia militares Corbuloni permissa, ait Tacit. xv. Ergo Cincius Præfes Syriæ factus. Bellum deinde cum Parthis gestum duce Corbulone.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
4	Olymp. 209.	810	807
5	11	811	808
6	111	812	807
7	1v	813	808 Aug. 8
8	Olymp. 210	814	809
9	11	815	810
10	111	816	811

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4777 17 AG	4047	64	109
4778 18 F	4048	65	110
4779 19 E	4049	66	111
4780 20 D	4050	67	112

lone. Tiridates in castra Romana venire cogitur, & de traicum diadema Neronis imagini subijcere.  
 Alpium maritimarum nationes jure Latii donatae. Nero equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum. Tac. xv.  
*C. Lecanius Bassus.*  
*M. Licinius Crassus.*  
 Nero trajecturus in Græciam Neapolin venit. Sed ad Urbem reversus flagitiis, ac libidinibus incesat omnia: adeo ut Pythagoræ exoleto nupserit. Demum Urbem incendit, ut ardentis Trojæ similitudinem exprimeret. cujus facti in Christianos derivavit invidiam: qui variis, & horrendis suppliciis affecti. Nam quidam illorum facium instar in usum nocturni luminis deusti. Tacitus xv. Sueton. Dio lxxi.  
 PRIMA IN CHRISTIANOS PERSECUTIO.  
 Cestius Gallus Suxiæ legatus. Cestius Florus Judææ Procurator. Josephus xx. Orig. cap. ix. & 11. de Excidio, cap. xlii.  
*P. Silius Nerva.*  
*C. Julius Avicius Vestinus.*  
 Conjuratio in Neronem Pisonis, & aliorum quam plurimorum detecta. qui omnes occisi. in iis Lucanus poëta; Seneca Philosophus. Falsa thesauri in Africa reperiundi spes Neroni facta. Nero citharâ publicè canit. Poppæa grvida icu calcis ab eodem perempta. Cladem Lugdunensem postea Nero quadragies sestertio solatus est. Tacitus xv. & xvi. Sueton. Dio lxxi.  
 Hierosolymis portenta quædam futuræ calamitatis prænuentia contigerunt: quæ Josephus lib. vi. de Excidio memorat. Inter alia Xanthici octavo die, hora noctis ix. lux ingens circum altare fulsit ad horam usque dimidiam. In festo autem azymorum Orientalis porta area circa sextam horam noctis sponte patefacta. Tum ipso die Pentecostes, cum sacerdotes noctu in interiore templo verarentur, strepitus ingens auditus cum ea voce: Migremus hinc.  
 Cesarientes gentiles cum ab Nerone principatum urbis obtinissent, vexatis Judæis initium bello dederunt. Cestius Gallus Syriæ legatus Hierosolymam obfidens à Judæis fugatur, ac caesa Romanorum, & auxiliarium vii. & ccc. nec non deccei. equites. Josephus lib. 11. de Excid. cap. xi.  
*C. Suetonius Paulinus.*  
*L. Pontius Telesinus.*  
 Nero Baram Soranum, & Thraseam Patum occidit. Tac. xvi.  
 Tiridates Romam veniens Neroni se servilem in morem subijcit, & ab eo diadema impositum accepit. Nero in Græciam profectus inter Tragædos, citharistas, & aurgas certavit. Domitius Corbulo perhonorificè revocatus Cenchreas cum appulisset, occidi jussu sibimet ipsi manus attulit. Dio lxxiii.  
 Judæi fuis Romanorum copiis Hierosolymam reversi cum alios belli duces, tum Josephum Gorionidem deligunt. Hic in Galilæa, & Judæa res ordinat. Nero in Achaia Judæorum audita defectione Vespasianum ei bello præficit. Qui Titum filium Alexandriam mittit, ut inde legiones deduceret, hiemis tempore. Josephus lib. 111. de Excid. cap. 1. & v.  
*L. Fonteius Capito.*  
*C. Julius Rufus.*  
 Vespasianus in Galilæa strenuè contra Josephum, aliisque Judæorum duces rem gerit. Japha, & Jotapata ab eodem expugnata. Josephus ipse captus. qui & Vespasiano imperium prædicat. Josephus lib. 111. cap. xxvii. Sueton. Vespas. Titus Galilæa tota potitus est. Josephus lib. 1v. cap. 1x.  
 At Hierosolymis intestinis motibus magnoperè laboratum Zelotarum factione, qui & Idumæos advocant, & plerisque civium obruncant. in his Ananum quoque summum Pontificem: cum jam ante per ludicrum Phanniam quemdam Samuelis filium rure abstractum Pontificem creassent. Joseph. lib. 1v. cap. xiv. & sequentibus, præcipuè xvii.  
 Simon Magus præstigiis suis Neroni, ac Romanis illudens à Petro coercetur, & paulo post in aërem subvolans ejus oratione dejicitur. Ob id Petrus & Paulus Apostoli 11x. Kalend. Jul. à Nerone interfecti sunt. Vide lib. xi. cap. xiv.  
 Pars II. Bbb 2 Sedit

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	1v	817	812 Aug. 7
12	Olymp. 211	818	813
13	11	819	814
14	111	820	815







Per. Jul. * ①	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4795 7 F	4065	82	127
4796 8 E	4066	83	128
4797 9 DC	4067	84	129
4798 10 B	4068	85	130
4799 11 A	4069	86	131
4800 12 G	4070	87	132
4801 13 FE	4071	88	133
4802 14 D	4072	89	134
4803 15 C	4073	90	135
4804 16 B	4074	91	136
4805 17 AG	4075	92	137
4806 18 F	4076	93	138
4807 19 E	4077	94	139

postquam imperavit annos 2, menses 2, dies 20. Dio LXVI. Sueton. Euseb. Chron.  
 Huic successit Domitianus qui ipso imperii primordio adulteria severè compescuit, & castrari quemquam prohibuit. Idem.  
*Imp. Flavius Domitianus VII.* Cleti 5.  
*T. Flavius Sabinus.*  
*Imp. Flavius Domitianus IX.* Cleti 6.  
*T. Virginius Rufus.*  
 Domitianus Philosophos Urbe & Italia expulit. Vestales virgines tres ob stuprum vivas defodit. Suetonius. Dio. Euseb.  
*Imp. Flavius Domitianus X.* Cleti 7.  
*Ap. Junius Sabinus.*  
 Alexandrinæ Ecclesiæ secundus præfuit Abiliis annis XI. Euseb.  
*Imper. Flavius Domitianus XI.* Cleti 8.  
*T. Aurelius Fulvius.*  
*Imp. Flavius Domitianus XII.* Cleti 9.  
*Ser. Cornelius Dolabella.*  
 Primus agon Capitolinus quinquennalis institutus à Domitiano. Cenfor. cap. XVII. Suet. Vide lib. XI, cap. XXI.  
 Antoninus Pius Imperator nascitur. Capitol.  
*Imp. Flavius Domitianus XIII.* Cleti 10.  
*A. Volusius Saturninus.*  
 Domitianus Deum se ac dominum appellari iussit. Suet. Euseb.  
*Imp. Flavius Domitianus XIV.* Cleti 11.  
*L. Minucius Rufus.*  
 Dacium bellum exortum contra regem Decebalum. in quem ducto exercitu Domitianus belli partem attingit nullam. Postea victus à Marcomanis, & fugatus cum Deceballo pacem facit. Dio LXVII.  
*T. Aurelius Fulvius.* Cleti 12.  
*A. Sempronius Atratinus.*  
 Domitianus Romam reversus ridiculum de Dacis triumphum agit. Tum civis multos interfecit. Dio LXVII. Idem Mathematicos, & Philosophos urbe pepulit. Euf. Chron.  
 Cocceius Nerva is qui Imperator postea fuit, in exilium abiit. Sed eodem revocatus anno, & in sequentem Consul designatus est. Dio.  
 Apollonius Tyaneus Romam accersitus, causaque coram Imperatore perorata, repente ex oculis evanuit. Philostratus lib. VII, & VIII. de ejus vita.  
*Imp. Caesar Fla. Domitianus XV.* Cleti 13.  
*M. Cocceius Nerva II.*  
*M. Ulpius Trajanus.* IV. Clementis I.  
*M. Acilius Glabrio.*  
 Cletus Pontifex hoc anno martyrio affectus est, cum sedisset annis XII, mensibus VII. Obiit Apr. XXVI. Successit IV. à Petro Clemens.  
*Imp. Caesar Domitianus XVI.* Clementis 2.  
*A. Volusius Saturninus.*  
 Cornelia Maximilla Vestalis à Domitiano stupri damnata viva defoditur. Plin. junior lib. IV, Ep. XI. Euseb. Chron.  
 Agrippa Mathematicus in Bithynia Lunam cum Vergiliis conjunctam observabat Novemb. XXI, hora 3. noctis ineunte, ante mediam noctem horis æqualibus 5. Ptolemaus lib. VII, cap. III, pag. 170.  
*Sex. Pompeius Collega.* Clementis 3.  
*Cornelius Priscus.*

SECUNDA PERSECUTIO.

Domitianus secundam in Christianos persecutionem movet. in qua S. Joannes Apostolus in solium ferventis olei plenum immittitur, inde illæsus evasit, atque in Patmon insulam relegatus est. Euseb. Hier. de Script. S. Ignatius in eadem vexatus est: ut Epist. I. ipse testatur.  
 Domitianus edixit ne quis in Italia novellaret; utque in provinciis vineta succiderentur, relicta ubi plurimum dimidia parte. Suet. cap. VII. Euseb. Chron.  
*L. Nonius Asprenas Torquatus.*  
*M. Aricius Clemens.* Clementis 4.  
 Flavius Josephus vigesimum Originum librum hoc anno commentabatur: ut ipsemet testatur.

Imp.

Per. Jul. * ①	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4078 20 D	4078	95	140
4079 21 CB	4079	96	141
4080 22 A	4080	97	142
4081 23 G	4081	98	143
4082 24 F	4082	99	144
4083 25 ED	4083	100	145
4084 26 C	4084	101	146

*Imp. Caesar Domitianus XVII.* Clementis 5.  
*T. Flavius Clemens.*  
 Flavius Clemens Consul Domitiani consobrinus in Consulatu propter Christianam religionem Domitiani iussa necatus est. Flavia verò Domitilla ejus uxor Imperatoris cognata in Pandateriam insulam relegatur. Dio LXVII.  
 Eusebius Flaviam Domitillam Clementis Consulis ex favore neptem in insulam Pontiam relegatam refert. Sed & Martyrologium VII. Maii hanc virginem appellat. Unde duas ejusdem nominis suspicatur in Notis Baronius.  
 Acilius Glabrio Consularis ob eandem causam: tum alii complures Christiani necati sunt. Dio & Euseb. Chron.  
 Joannes Evangelista Apocalypsin scribit. Irenæus lib. V. Hieron. de Script.  
 Domitianus eos, qui de stirpe Davidis erant, conquiri occidique iussit. Euseb. lib. II. Hist. cap. XIX.  
*C. Fulvius Valens.* Clementis XIII. Imperator Nerva.  
*C. Antistius Vetus.* 6.  
 Domitianus cum in omnes lævisimè grassaretur, à Stephano Domitilla procuratore, & conjuratis aliis occiditur XIV. Kalend. Octobris, anno ætatis XIV: cum imperasset annos XV, dies VI. Erat tum in Aquario Luna. Suetonius. Dio LXVII. Vide lib. XI, cap. XX.  
 Occiso Domitiano decimus tertius Romanorum Imperator Nerva successit. ac recessit Domitiani ægis, Joannes Apostolus ab exilio in Asiam reversus est. Euseb. lib. II. Hist. cap. XXI.  
*Imper. Cocceius Nerva III.* Clementis 7.  
*T. Virginius Rufus.*  
 Hic est ille Rufus, qui Vindicem adversus Neronem rebellantem sustulit: qui & sæpius Imperator acclamatus erat. Xiphil.  
 S. Joannes Evangelium hoc circiter anno conscripsit, ætatis nonagesimo. Irenæus lib. III, cap. I. Epiphani. Har. II.  
 Iustus Tiberiadensis historicus Josephi æmulus clarus habetur. Euseb. Chron.  
 Apollonius Tyaneus hoc tempore obiit. Philostr. lib. ult. cap. XI.  
 Contra Nervam Calpurnius Crassus conspirat. cujus conjuratione comperta, Nerva ipsum in gladiatorio spectaculo juxta se collocavit, & gladius, qui de more ad explorandam actem offerebantur, inspicendos dedit. Tandem Ulpium Trajanum, qui Germaniæ tunc præerat, absentem adoptavit. Dio LXVIII.  
*Imp. Nerva Augustus IV.* Clementis XIV. Imper. Ulpius Trajanus II. 8.  
*Ulpius Trajanus.*  
 Nerva moritur VI. Kalend. Februarii, cum vixisset annos LXV, menses X, dies X: imperasset annum I, menses IV, dies XI.  
 Successit Trajanus annos natus XLII. Is statim ad Senatum sua manu scripsit, se nullum virum bonum necesse, aut ignominia affecturum. Idem porrò persecutionem in Christianos non quidem tum iussit, sed collegia, sive sodalitia vetuit. Plinius lib. X, Ep. XXVII.  
 Clemens Pontifex in Cherronesum relegatus est. Acta illius. Alexandria post Abilium Cerdo præfuit annis XIII, tertius ab Aniano. Euseb. III. Hist. cap. XXI.  
 Ignatius eodem tempore Antiochiam; Symeon Hierosolymam regebat.  
 Menelaus Mathematicus Lunam cum spica Virginis conjunctam observabat Jan. X. Vide lib. XI. cap. XXI.  
*C. Sossius Senecio II.* Clementis 9.  
*A. Cornelius Palma.*  
 Trajanus in Urbem advenit. Plinius Paneg.  
 S. Joannes Evangelista moritur post annos à Passione octo & sexaginta. Hieron. de Script. Natus erat annos XCII, ut ex Epiphano Har. II. colligitur.  
*Ulpius Trajanus Imper. III.* Clementis 10.  
*M. Cornelius Fronto III.*  
 Hoc anno S. Clemens Pontifex in Cherroneso Pontica martyrium facit IX. Kal. Decemb. Eusebius lib. III. Hist. cap. XXXIV. Hieron. de Script. Sedit annos IX, menses VI, dies VI. Vacavit Sedes mensibus aliquot.  
*Imper. Ulpius Trajanus IV.* v. Anaclei I.  
*Sex. Artileus Patus.*  
 Hoc anno C. Plinius cum Cornuto Tertullo successit Consul Kalend. Septemb. in menses duos. Plin. Paneg.  
 Hoc anno Clementi mortuo subrogatus est Anacletus natione

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
15	111	843	843
16	112	849	844 Juli 30
17	113	850	845
18	114	851	846
19	115	852	847
20	116	853	848 Juli 29
21	117	854	849



Per. Jul. *	Mundi. C.	Anni Chr.	Anni Jul.	natione Græcus circa 111. diem Aprilis, quintus à Petro Pontifex.
4815 27 B	4085	102	147	<i>C. Sotius Senecio.</i> <i>L. Licinius Sura.</i> Decebalus Dacorum rex cum à Romanis defecisset, iterum à Trajano domitus est. qui & ponte Danubium junxit. Decebalus sibi ipsi manus attulit. Dio LXVIII. <i>C. Plinius Proconsul in Bithyniam profectus ad Trajanum de Christianis scribit, ab eoque rescriptum accepit; uti ne in eos inquireret: sed delatos, &amp; obditatos puniret. Vide Epist. xcvj. lib. x. ejusdem Plinii.</i> <i>Imper. Ulpius Trajanus v.</i> <i>L. Appius Maximus.</i> Trajanus victo rege Decebalo Daciam fecit provinciam. Euseb. Chron. Dio LXVIII. Elxai Pseudopropheta Judaici generis, & Christum nomine tenus venerans, sese ad Offensos adjunxit. quem auctorem scete suæ non isti modò, sed etiam Nazaraei, & Ebionaei jactabant. Epiph. Hæc. xix. <i>Suranus 11.</i> <i>P. Neratius Marcellus.</i> Trajanum in Urbem reversum plurimæ barbararum gentium, & Indorum etiam convenere legationes. Ipse & Bibliothecas extruxit, & ingentem columnam excitavit. Dio LXVIII. <i>Ti. Julius Candidus.</i> <i>A. Julius Quadratus.</i> Trajanus contra Armenos, & Parthos expeditionem suscepit. Athenas cum adisset Osrhois Parthi Legatos audiit. quibus postquam in Syriam venisset, responsum se esse dixit. Inde in Orientem profectus est. Dio LXVIII. <i>L. Ceionius Commodus Verus.</i> <i>L. Tullius Cerealis.</i> Trajanus Armeniam subegit ac finitimos reges sine certamine in ditionem accepit: nec non Iberos, Sarmatas, Osrhoenos, Arabas, Bosphoranos, Colchos. Ad hæc Seleuciam, Ctesiphontem, Babylonem occupavit. Quæ omnia infrequentibus annis gesta sunt. Dio. Eusebius. <i>C. Sotius Senecio iv.</i> <i>L. Licinius Sura. iv.</i>
4816 28 A	4086	103	148	<i>Anaclei</i> 2. <i>Anaclei</i> 3. <i>Anaclei</i> 4. <i>Anaclei</i> 5. <i>Anaclei</i> 6. <i>Anaclei</i> 7.
4817 1 GF	4087	104	149	<i>Anaclei</i> 8. <i>Anaclei</i> 9. <i>Anaclei</i> 10. <i>Anaclei</i> 11.
4818 2 E	4088	105	150	<i>Anaclei</i> 12. <i>Anaclei</i> 13. <i>Anaclei</i> 14. <i>Anaclei</i> 15.
4819 3 D	4089	106	151	<i>Anaclei</i> 16. <i>Anaclei</i> 17. <i>Anaclei</i> 18. <i>Anaclei</i> 19.
4820 4 C	4090	107	152	<i>Anaclei</i> 20. <i>Anaclei</i> 21. <i>Anaclei</i> 22. <i>Anaclei</i> 23.
4821 5 BA	4091	108	153	<i>Anaclei</i> 24. <i>Anaclei</i> 25. <i>Anaclei</i> 26. <i>Anaclei</i> 27.
4822 6 G	4092	109	154	<i>Anaclei</i> 28. <i>Anaclei</i> 29. <i>Anaclei</i> 30. <i>Anaclei</i> 31.
4823 7 F	4093	110	155	<i>Anaclei</i> 32. <i>Anaclei</i> 33. <i>Anaclei</i> 34. <i>Anaclei</i> 35.
4824 8 E	4094	111	156	<i>Anaclei</i> 36. <i>Anaclei</i> 37. <i>Anaclei</i> 38. <i>Anaclei</i> 39.
4825 9 DC	4095	112	157	<i>Anaclei</i> 40. <i>Anaclei</i> 41. <i>Anaclei</i> 42. <i>Anaclei</i> 43.
4826 10 B	4096	113	158	<i>Anaclei</i> 44. <i>Anaclei</i> 45. <i>Anaclei</i> 46. <i>Anaclei</i> 47.
4827 11 A	4097	114	159	<i>Anaclei</i> 48. <i>Anaclei</i> 49. <i>Anaclei</i> 50. <i>Anaclei</i> 51.

TERTIA PERSECUTIO.

Hanc adversus Christianos cum in Oriente esset Trajanus instituit. In ea Simeon Cleopha F. Hierosolymorum Episcopus cruci suffixus est, annos natus cxx. Euseb. lib. 111. cap. xxxii. & in Chron.

Huic Julius in Episcopatu succedit. Eodem tempore S. Ignatius Antiochenus Episcopus ad bestias damnatus Romam perducitur. Euseb. lib. 111. cap. xxxv.

*Ap. Annus Trebonius.*  
*M. Atilius Bradua.*  
S. Ignatius Romæ leonum dentibus in amphitheatro laniatus est. Huic Heros successit. Ignatii reliquæ Antiochiam reportatæ magnæ civitatum omnium plausu receptæ sunt. Chrysost. Orat. v. in S. Ignatium.

*A. Cornelius Palma.*  
*C. Calpurnius Tullus.*  
Onesimus S. Pauli discipulus Ephesi Episcopus lapidibus obrutus est Februarii xvi. tum alii plerique de quibus Rom. Martyrol. Cerdone Alexandria Episcopo mortuo succedit Primus. Euseb. lib. iv. Hist.

*Claudius Crispinus.*  
*Solenus Orstinus.*  
Pantheum Romæ fulmine concrematum testatur Eusebii Chronicon; id est fulmine tactum.

Anacletus Papa 111. Eid. Jul. martyrio afficitur, cum sedisset annos ix. M. 111. D. x. Successit Evaristus natione Græcus post dies tredecim, sextus ordine Pontifex.

*C. Calpurnius Piso.*  
*M. Ventius Bolanus.*

*Imper. Ulpius Trajanus vi.*  
*C. Julius Africanus 11.*

*L. Publius Celsus 11.*  
*C. Claudius Crispinus.*

*Q. Ninnius Hæsta.*  
*P. Mamilius Vopiscus.*

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
5	11	855	850
6	111	856	851
7	111	857	852
8	Olymp. 221	858	853
9	111	859	854
10	111	860	855
11	111	861	856
12	Olymp. 222	862	857
13	111	863	858
14	111	864	859
15	111	865	860
16	Olymp. 223	866	861
17	111	867	862

M. Va-

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
4828 12 G	4098	115	160	18	111	868	863
4829 13 F	4099	116	161	19	111	869	864
4830 14 D	4100	117	162	20	Olymp. 224	870	865
4831 15 C	4101	118	163	21	111	871	866
4832 16 B	4102	119	164	22	111	872	867

*M. Valerius Messalla.*  
*C. Popillius Carus Peto.*

Ingens terra motus Antiochiam afflixit. qua ruina infanti homines oppressi: inque his Peto Consul. Trajanus per fenestram educus vix evasit. Hæc hieme contigerunt. Incunte vere in Parthorum fines Trajanus irumpit: Adiabenos, Arbella, Gaugamela, Babylonem, Ctesiphontem, aliæque oppida cepit. Inde Parthici cognomen obtinuit. Idem porro dam in mare rubrum navigat, gentium, quas domuerat, defectione regredi cogitur.

Interim Judæi Cyrenenses Andrea quodam duce Romanos, atque Græcos innumerabiles occidunt; ac tum eorum viscera depascuntur; tum sanguine oblitæ, pellibus etiam induti sunt. multos à vertice ferris discucere; alios objectare bestiis; plerisque invicem pugnare coegerunt. Casa hominum ferè eem. Dio LXVIII.

*Emilius Elianus.*  
*L. Antistius Venus.*

Judæi Cyrenenses, Lupo Ægypti præfecturam obtinente, in Ægyptum grassati gentiles primo impetu fundunt. Hi prope Alexandriam confugientes Judæos omnes interficiunt. Interim Judæi ceteri Lucæ duce per Ægyptum arma clademque circumferunt. Sed & in Cyprum pervasere, ubi & Salaminem everterunt; & cæxi. m. ceciderunt.

Trajanus contra Judæos Martium Turbonem mittit, qui infinitam illorum stragem edidit. In Mesopotamia quoque tumultuantes eosdem Q. Lucius aggreditur. Tum in Cypro occisione occisi: atque ex illo tempore Judæis ad Cyprum appellere etiam tempestate delatis capitale fuit. Dio LXVIII. Euseb. iv. Hist. cap. 11.

Ceteros populos, qui à Romanis defecerant, Lucius & Maximus duces aggressi. Maximus prælio superatus obiit. Lucius Nisibin recuperavit. Edeffam incendit. Seleucia quoque recepta. Trajanus Parthis regem dedit Parthamapaten. Inde contra Agarenos in Arabiam profectus est. quorum urbe frustra tentata, vulnere etiam accepto, inde discessit. Nam & quoties in illos impetum faceret, tonitribus, fulguribus, fulminibus, & grandinibus abstergebatur; & culices cibis, ac poculis infesti erant. Dio LXVIII.

*Quintilius Niger.*  
*T. Vipsianus Apronianus.*

Parthi Parthamapate pulso libertatem recuperant. Ob id Trajanus Hadriano in Syria relicto, exercitum in Mesopotamiam ducere constituit. Sed morbo interim correptus, ac Selinuntum Ciliciæ delatus, ibi perit iv. Eid. Aug. quæ urbs Trajanopolis deinceps appellata est. Vixit annos LXIII. M. i. D. xv. Imperavit annos XIX. M. vi.

Succedit Ælius Hadrianus Plotinæ Trajani uxoris opera. Qui cum Parthis statim composuit; iisque Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, & quæ à Trajano adempta fuerant, restituit; ac sua illis jura permisit. Parthamapaten aliud in regnum transtulit. Spartianus. Dio LXVIII. Vide lib. xi. cap. xxiii. & xxiv. Alexandriam à Romanis subversam publicis instauravit impensis. Euseb.

*Imp. Cesar Adrianus 11.*  
*Ti. Claudius Fuscus Salvator.*

Hadrianus Romam reversus liberalitate, & clementia Senatam, populumque demereri studuit. Inter alia, tributa, quæ fisco, vel erario debebantur, in xvi. annos remisit, tabulis publicæ crematis. Dio LXX. Euseb. Chron.

Hic Scaliger Animadv. ad Euseb. Anno 2034. vestigium esse putat Indictionum, & xvi. annos dici pro xv. completis. Sed non procedit. Nam Dio solidos exprimit xvi. non autem xv.

Hadrianus Sarmatis, & Roxolanis tumultuantibus in Mæsiam profectus est; cum iisque pacem composuit. Spart.

Euphrates Stoicus Philosophus morbi, ac senectutis tædio cicutæ haustu vitam finit, permittente Hadriano. Xiphil. Euseb.

Idem in Christianos persecutionem sive quartam, ut Sulpitius numerat, indixit: sive captam à Trajano profectus est. Sulpit. lib. 11. Euseb.

Per idem tempus hæreses exorta sunt Basilidis, Saturnini, Carpocratæ. Epiphani. & Euseb.

*Imp. Cesar Æli. Hadrianus 111.*  
*Q. Junius Rusticus.*

Judæi tumultuantes à Tinio Rufo Judææ præside compressi. Euseb. Chron. Hieron. in Dan. ix.

Pars II. C c c Evaristus



Per. Jul. *	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4833 17 AG	4103	120	165
4834 18 F	4104	121	166
4835 19 E	4105	122	167
4836 20 D	4106	123	168
4837 21 CB	4107	124	169
4838 22 A	4108	125	170
4839 23 G	4109	126	171
4840 24 F	4110	127	172
4841 25 ED	4111	128	173

Evaristus Papa cum sedisset annos ix. M. iii. D. x. martyrio coronatur Octob. xxvi. Vacavit sedes dies xviii. & successus est Alexander vii. ordine.

Plutarchus Charonenfis, Sextus, Agathobulus, & Oenomaus Philosophi insignes habentur. Euseb. Prator hunc Oenomaum fuit alter Cynicus Gadarenfis; qui Porphyrii tempus paululum antecessit. Suidas.

L. Catilius Severus. Alexandri 2.

T. Aurelius Fulvus. qui postea Antoninus Pius Aug. Terræ motu Nicomedia, & vicinæ urbes everfa sunt. ad quarum instaurationem Hadrianus de publico largitus est. Euseb. Chron.

Rebus in Urbe compositis ad lustrandas orbis Romani provincias profectus est Hadrianus: ac primò in Galliam, & Germaniam: deinde in Britanniam transit. ubi severe in Præfides, & Procuratores inquisit. Spartianus.

Cum in Gallias proficerecetur, Faustinum & Jovitam Braxianos cum aliis periculis necari iussit. Acta Mart.

Alexandria defuncto Primo Episcopo, cum sedisset annos xxi. successus est Justus. Euseb.

M. Annus Verus ix. Alexandri 3.

Hadrianus Britanniam petens murum per lxxx. m. duxit; qui barbaros, Romanosque divideret. Spart.

M. Aelius Aviola. Alexandri 4.

C. Corvilius Pansa. Alexandri 4.

Hadrianus è Britannia in Gallias rediit, & in honorem Plotinæ Trajani uxoris basilicam Nemausi opere mirabili extruxit. Post hæc Hispanias petiit, & Tarracone hiemavit. Spart.

Q. Arrius Paternus. Alexandri 5.

C. Veranius Aprianus. Alexandri 5.

Hadrianus in Orientem profectus videtur, & Parthorum motus colloquio repressit. Inde Achaïam, & Athenas adiit, & has legibus constituit. Tum Eleusinia sacra suscepit. Spart.

Saturinus Antiochenus, & Basilides Alexandrinus, & Carpocrates heretici. Ab iis duobus nefanda Gnostico-rum secta profuxit. Epiph. Euseb. lib. iv. Hist. cap. vii. & viii.

Agrippa Callor vir doctus contra Basilidem scripsit. Euseb. ibid. & Hieron. de Scrip.

M. Atilius Glabrio. Alexandri 6.

C. Bellinius Torquatus. Alexandri 6.

Hadrianus transacta Athenis hieme Romam rediit. Spart.

Quadratus Apostolorum discipulus, & Aristides Athenienfis Philosophus libros pro Christiana religione dedere compositos: & Serenus Granius legatus litteras ad Imperatorem pro Christianis misit. Ideo Hadrianus Minucio Fundano Procof. Ate scripsit: non sine objectu criminum Christianos condemnandos. Chron. Eusebii, & lib. iv. Hist. Eccl.

P. Cornelius Asiaticus xi. Alexandri 7.

Q. Verius Aquilinus. Alexandri 7.

Hadrianus Roma in Africam profectus est: ibique multa provinciis beneficia concessit. Spart.

Luna defecit anno Nabon. 872. Pachon 17. hora 8, 24'. à meridie, Alexandria: hoc est April. 5. feria 4. Ptolem. lib. iv. cap. ix.

M. Lollius Peditus Verus. Alexandri 8.

Q. Junius Lepidus Bibulus. Alexandri 8.

Hadrianus in Orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera, quæ apud Athenienses coperat, dedicavit: ut Jovis Olympii ædem, & aram sibi. ac tum Dionysia celebravit. Permisit & Græcis, ut templum sibi ponerent, quod Panhellenium nominarunt. Idem Cephalleniam Atheniensibus attribuit. Spart. Dio lxxix.

Gallicanus. Alexandri 9.

Titianus. Alexandri 9.

Hadrianus Athenis exacta hieme in Asiam venit. Toparchas, & reges ad amicitiam invitavit: interque ceteros Chosroën Parthorum regem. Venientes ad sese magnis beneficiis demeruit. Circumiens verò provincias procuratores, & præfides pro factis supplicio affect. Spart. & Dio. Hæc non uno anno gesta; sed in sequentes propagata sunt.

L. Nonius Asprenas Torquatus. Alexandri 10.

M. Annus Livo. Alexandri 10.

Nicopolis, & Casarea terræ motu concenterunt. Euseb. Aquila Ponticus genere, Profelytus, & ex Christiano Judæus Græcè Scripturas interpretatur. Epiph. de Menf. & pond.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Alra Nab.
4	iv	873	868 Julia 2
5	Olymp. 125	874	869
6	11	875	870
7	111	876	871
8	11	877	872 Julia 3
9	Olymp. 126	878	873
10	11	879	874
11	111	880	875
12	11	881	876 Julia 4

Per. Jul. *	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4842 26 C	4112	129	174
4843 27 B	4113	130	175
4844 28 A	4114	131	176
4845 29 GF	4115	132	177
4846 30 E	4116	133	178
4847 31 D	4117	134	179
4848 32 C	4118	135	180
4849 33 BA	4119	136	181
4850 34 G	4120	137	182

P. Juvenius Celsus xi. Alexandri 11.

M. Annus Livo. Alexandri 11.

Hadrianus in Syriam veniens, & Antiochenis offensus Syriam à Phœnicie separare voluit, ne tot provinciarum Antiochia metropolis diceretur. Spart.

Postea Hierosolymorum urbem instaurare aggressus est. Dio.

Q. Fabius Catullinus. viii. Sexti 14.

Q. Julius Balbus. i. Olymp. 127

Hadrianus Hierosolymis instauratis Æliæ Capitolinæ nomen imposuit, eoque coloniam deduxit. Judæi agrè ferentes gentiles in urbe sua collocari, occultè primum tumultuari cœperunt. Spart.

Imperator in Arabiam profectus Pelusium venit, ibique Pompeii sepulcrum magnificentius extruxit. Dio lxxix.

Alexander Papa martyrio coronatur, cum sedisset annos x, M. v, D. xx. Successit ei Sixtus patria Romanus, post dies xxv, Pontifex ordine viii. à Petro.

Ser. Oclavius Pontianus. viii. Sexti 15.

M. Antonius Rufinus. viii. Sexti 2.

Antinous Hadriani delitiæ in Nilo demergitur, quem Imperator muliebritè defet. qui & inter Deos relatus est, & urbs de ejus nomine dicta. Spart. Dio lxxix.

Templum Romæ, & Veneris in Urbe factum. Euseb. Chron. Dio libro lxxix. refert Apollodoro architecto templi Veneris descriptionem ab Imperatore missam: cujus cum ille vitia notasset, agrè id Hadriano ferente, occidi esse iustum.

Serius Augurinus. viii. Sexti 3.

Arrius Severianus. viii. Sexti 3.

Hadrianus ex Ægypto in Syriam reversus est: cum interim Judæi clam defectionem molirentur. Demùm post Hadriani discessum apertè rebellant. Dux eorum fuit Cochebas, sive Barcochebas: qui Christianos opem sibi contra Romanos ferre detrectantes variis modis excarnificavit. Euseb. Chron. & lib. iv. Hist. cap. vi. Hadrianus optimos quoque duces, & inter alios Julium Severum è Britannia contra illos excivit. Dio lxxix.

Salvius Julianus edictum perpetuum composuit, quo omnes in posterum Pratores uterentur. Euseb. Chron.

Equinoctium autumnale observatum à Ptolemæo anno Nabon. 880, Athyr 7. Ptolem. lib. iii, cap. viii.

Hiberus. viii. Sexti 17.

Sijenna. viii. Sexti 4.

Julius Severus Romanorum dux Judæos singillatim aggressus, ferius quidem, sed minore periculo contrivit. Dio lxxix.

Phavorinus & Polemo Rhetor illustres habentur. Euseb. Chron.

Luna defecit nota anno Nabon. 880, Payni 20, hora 11, 15'. à meridie: Maii 6, feria 3. Ptolem. lib. iv, cap. vi.

C. Julius Servilius. viii. Sexti 18.

C. Vibius Juvenius Verus. viii. Sexti 5.

Luna defecit anno Nabon. 882, Choic 2, horis 11. à meridie. Octob. videlicet 20, feria 3. Ptolem. ibid.

Marcio per id tempus hæresim suam vulgare cœpit: ut in Animad. ad Epiph. pag. 83. ostendimus.

Pompeianus Lupercus. viii. Sexti 19.

L. Junius Arrius Atilianus. viii. Sexti 6.

Betherem obsident Romani, eaque tandem potiti sunt. Ita ducibus factionis occisis, ac dlxxx m. Judæorum interfecit; ut Judæa penè deserta esset omnis, bello finis impositus. Exinde agro Hierosolymitano Judæis interdictum est. Dio lxxix. Euseb. iv. Hist. cap. vi.

Deficientibus omnibus qui ex circumcissione erant, Hierosolymorum primus è gentibus Episcopus fuit Marcus. Euseb. Chron. & iv. Hist. cap. vi.

L. Ceionius Commodus. viii. Sexti 20.

Sex. Vetulenus Pompeianus. viii. Sexti 7.

Pharasmales Iberorum rex Alanos contra Romanos concivit. Sed eos Flavius Arrianus Cappadociæ præfectus repressit. Tandem Romam adveniens Pharasmales auctus est imperio. Dio lxxix.

Luna defecit anno Nabon. 883, Pharmuthi xix, hora 4, à media nocte Martii vi, feria 2. Ptolem. lib. iv, cap. vi.

L. Ælius Hadriani F. Casar Verus II. viii. Sexti 21.

P. Cælius Balbinus Vibullius Pius. viii. Sexti 8.

Hadrianus Ceionium Commodum Verum adoptavit, & Ælium Verum Cæsarem appellavit. Spart.

Phlegon Hadriani libertus opus suum de Olympiadibus ad hoc usque tempus libris viii. comprehendit. Suidas.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Alra Nab.
13	Olymp. 127	881	877
14	11	883	878
15	111	884	879
16	11	885	880 Julia 2
17	Olymp. 128	886	881
18	11	887	882
19	111	888	883
20	11	889	884 Julia 20
21	Olymp. 129	890	885



Table with columns: Per. Jul. (with symbols), Mundi., Anni Chr., Anni Jul., and rows of dates from 4851 to 4865.

Historical text detailing events from 4851 to 4865, including mentions of Sulpicius Camerinus, Antoninus Pius, and various emperors and events.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., and rows of dates from 4851 to 4865.

Table with columns: Per. Jul. (with symbols), Mundi., Anni Chr., Anni Jul., and rows of dates from 4866 to 4881.

Historical text detailing events from 4866 to 4881, including mentions of Hyginus Atheniensis, M. Antonius Rufinus, and various emperors and events.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., and rows of dates from 4866 to 4881.

QUARTA PERSECUTIO.

Text describing the fourth persecution of Christians, mentioning figures like L. Papirius Aelianus, Junius Pastor, and others.



DE DOCTRINA TEMPORUM

Per. Jul. *	Mundi. *	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Aeta Nab.
4882 10 18 B	4152	169	214	9	Olymp. 237	922	917
4883 11 19 A	4153	170	215	10	11	923	918
4884 12 1 G	4154	171	216	11	111	924	919
4885 13 2 FE	4155	172	217	12	1V	925	920 Julii 11
4886 14 3 D	4156	173	218	13	Olymp. 238	926	921
4887 15 4 C	4157	174	219	14	11	927	922
4888 16 5 B	4158	175	220	15	111	928	923
4889 17 6 AG	4159	176	221	16	1V	929	924 Julii 10
4890 18 7 F	4160	177	222	17	Olymp. 239	930	925
4891 19 8 R	4161	178	223	18	11	931	926
4892 20 9 D	4162	179	224	19	111	932	927
4893 21 10 CB	4163	180	225	20	1V	933	928 Julii 9

Hieron Antiocheno successit Theophilus; qui ad Autolycom scripsit. Euseb. lib. 1v. Hist. cap. xxiii. Hieron. de Script. Qui cum adversus Hermogenem haereticum scripsisse eundem asserat; oportet eodem tempore haereticum illum vixisse.

*Sofius Priscus.* Aniceti *M. Aurelius Q. Caelius Apollinaris.* 5. *Solus imperat.*

Marcomanicum bellum hoc anno susceptum est: ad quod cum ambo Imp. profecti essent; L. Verus apoplexia correptus inter Concordiam, & Altinum obiit. Marcus ad ejus procurandum funus Romam reversus est. Capitol. & Eusebii Chron.

*Aniceti Clarus.* 6. *Cethegus.*

Melito Sardenfis Episcopus pro Christianis apologiam edidit. Euf. Chron. & lib. v. Hist. cap. xxv. Eodem tempore & Apollinaris Hierapolitanus, & Miltiades pro Christianis scripserunt: & Praxus Gnostix, ac Philippus Gortyna Episcopi. tum Dionysius Corinthi Episcopus. Hieron. de Script.

*L. Septimius Severus II. Herennianus.* 7.

Tatianus Iustini discipulus haereticus Encratarum auctor agnoscitur. Euf. Epiphanius.

*Claudius Maximus. Cornelius Scipio Orfitus.* 8.

Bardeanes haereticus novae conditor: tum Ptolemaeus Valentini discipulus hoc tempore vixerunt. Sed & Oppianus poeta Cilix. Euseb. & alii.

*Claudius Severus. Claudius Pompeianus.* 1. *XIII. Soteris*

Anicetus Papa martyrio coronatur Apr. xvii. cum sedisset annos vii, M. ix. fere. Post xvii. dies creatus est Soter Fundis in Campania oriundus.

S. Felicitas cum vii. filiis Romae passa ipsa quidem xxiii. Novemb. at ejus liberi x. Julii. Martyr. Rom.

*Gallus. Flaccus.* 2.

Hoc anno Marcus Imper. cum adversus Quados in eorum regione bellum gerens siti cum exercitu premeretur, Christianorum precibus pluviam, ac subinde victoriam admirabiliter obtinuit. Euf. Chron. & lib. v. Hist. cap. v. Xiphilinus & Dione.

*Calpurnius Piso. M. Salvius Julianus.* 3.

Avidius Cassius falso nuncio de Marci obitu accepto tyrannidem arripit: ac post tres menses occiditur. Volcatius Gallus.

*T. Vitravius Pollio. M. Flavius Afer.* 4. *Soteris*

M. Aurelius in Orientem proficiscitur una cum Faustina conjuge, & filio Commodus. Faustina ad radices Tauri montis subito morbo perit. Imperator in Italiam rediens Athenas venit, & ibi Cereris templum ingressus est. Postea in itinere Commodus Imperatorem facit. Lampridius Commodus.

*L. Aurelius Commodus Imper. Plautius Quinctillus.* xv. *Eleutheri* 1.

Ingravescente persecutione multi pro Christo martyres occisi sunt. Illustres fuere praeter ceteris Lugdunenses. in quibus Photinus Episcopus, Attalus, Alexander medicus, Blandina. Euf. v. Hist. cap. 11.

M. Aurelius cum Marcomanis, Hermunduris, Sarmatis, & Quadis triennale bellum suscepit. Capit.

Athenagoras Athenensis Philosophus pro Christianis ad Imp. legationem obiit.

Eodem anno Soter cum sedisset annos iv. martyrio coronatus est Apr. xxii. cui post dies xi. suffectus est decimus quartus a Petro Eleutherus patria Nicopolitanus. ad quem Lugdunenses martyres legatum miserunt Irenaeum. Euf. v. Hist. cap. 111. & 1v.

*Vettius Rufus. Cornelius Scipio Orfitus.* 2. *Eleutheri*

S. Irenaeus Lugdunensis Episcopus hoc anno factus est. Euseb. lib. v. cap. vi. Hieron. de Script.

*L. Aurelius Commodus 11. Vespontius Candidus Verus.* 3. *Eleutheri*

Montanus cum Priscilla, & Maximilla infans feminis haereticis initium dedere. Epiphanius.

*Bruttius Praesens 11. Sex. Quinctillus Condiarius.* 4. *Eleutheri*

M. Aurelius Imperator in Pannonia moritur, cum imperaret

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *	Mundi. *	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Aeta Nab.
4894 22 11 A	4164	181	226	2	Olymp. 240	934	929
4895 23 12 G	4165	182	227	3	11	935	930
4896 24 13 F	4166	183	228	4	111	936	931
4897 25 14 ED	4167	184	229	5	1V	937	932 Julii 8
4898 26 15 C	4168	185	230	6	Olymp. 241	938	933
4899 27 16 B	4169	186	231	7	11	939	934
4900 28 17 A	4170	187	232	8	111	940	935
4901 29 18 GH	4171	188	233	9	1V	941	936 Julii 7
4902 30 19 E	4172	189	234	10	Olymp. 242	942	937
4903 31 1 D	4173	190	235	11	11	943	938
4904 32 2 C	4174	191	236	12	111	944	939
4905 33 3 BA	4175	192	237	13	1V	945	940 Julii 6

raffet annos xix. dies xi. ex iisque ix. circiter annos cum L. Vero. Successit Commodus patri dissimilimus, ac longepessimus. Hujus concubina Martia Christianorum studiosa fuisse dicitur. Ideo verisimile est inhibitam ab ea fuisse persecutionem. Xiphilinus. Capitol. Herod. 1.

Agrippino Alexandria Episcopo, postquam xii. sedisset annos, mortuo successit Julianus. Floruit hoc tempore Pantanus vir eruditissimus, Clementis Alexand. praceptor: qui catechesibus sacris praefuit, ex Stoico Christianus. Is propagandae religionis desiderio successus in Indiam perrexit. Euf. v. Hist. cap. x.

*L. Aurelius Commodus Imp. 111. Eleutheri Antistius Burrhus.* 5.

Commodus rebus cum Germanis compositis Romam reversus triumphavit. Lamprid. Herodianus 1. Xiphil.

Theodotio Ponticus genere ex Marconita Judaeus hoc tempore vixit. qui sacras litteras Graecae interpretatus est. Epiph. de mens. & pond.

Istis sacra a Romanis recepta. quibus & Commodus initiatus est. Lamprid.

*Petronius Mamertinus. Trebellius Rufus.* 6. *Eleutheri*

Templum Serapidis Alexandriae incensum. Euf. Julius Pollux hoc tempore floruit.

*L. Aurelius Commodus 1v. M. Aufidius Victorinus.* 7. *Eleutheri*

Gravebellum in Britannia conflatum; quod Ulpianus Marcellus confecit. Capitol. Xiphil.

*M. Marcellus. M. Papirius Aelianus.* 8. *Eleutheri*

*Triarius Maternus. M. Atilius Bradua.* 9. *Eleutheri*

Adversus Commodum foror ejus Lucilla, quae Pompeiano nupsit, cum aliis plerisque conspiravit. Sed detecta conjuratione, omnes interfecit sunt. cui quaestioni Perennis Praefectus Praetorio praefuit. Herod. 1. Xiphil. Lamprid. Origenes hoc anno nascitur. Vide annum Christi 202.

*L. Aurelius Commodus Imp. v. M. Atilius Glabrio.* 10. *Eleutheri*

*Claudius Crispinus. Papirius Aelianus.* 11. *Eleutheri*

Apollonius Senator Christianae religionis accusatus orationem ad Senatum habuit: cujus sententia securi percussus est. Martyr. Rom. Euf. v. Hist. cap. xx.

Perennis Praef. Praet. contra Commodum conspirans ab eodem interficitur. Exinde Praefecti Praet. constituti duo. Herodianus 1.

*C. Atilius Fuscianus. Dullius Silanus.* 12. *Eleutheri*

Capitolium de caelo tactum, & bibliothecae succensa. Euseb.

Maternus gregarius miles collecta manu Hispanias, Galliasque populatur. Demum in Italiam veniens, cum per Matris Deorum festum Commodum opprimere statuisset, re comperta occisus est. Hero. 1.

Ingens in Italia pestis grassata est. per quam cum secessisset Commodus, contra Cleandrum seditio popularis exarsit. cujus per Fadillam forem admonitus Imperator Cleandrum interemit. Herod. 1. Xiphil.

*Julius Silanus. Q. Servilius Silanus.* 13. *Eleutheri*

Alexandriae xi. Episcopus creatur Demetrius, praefuitque annis xiiii. Euseb.

*L. Aurelius Commodus Imper. vi. Petronius Sabinianus.* 14. *Eleutheri*

*Cassius Apronianus. M. Atilius Metellus Bradua.* 15. *Eleutheri*

Incendio Romae facto Palatium, & aedes Vestae, plurimaeque pars Urbis everfa. Magnifica Romae spectacula praebuit Imper. quibus multas feras sagittis confecit. Herod. 1. Xiphil. Lamprid.

*L. Aurel. Commodus Imp. vii. P. Helvius Perinax.* 16. *Eleutheri*

Eleutherus Papa, cum sedisset annos xv. dies xiiii. moritur vii. Kal. Junii, cui post dies v. subrogatus est Victor natione Afer.

Hoc anno Commodus Imperator prid. Kalend. Jan. occisus est conspiratione Martiae pellicis, Latii, & Electi cubiculariorum. Herod. 1. Xiphil. Lamprid.



DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. *	Mundi	Anni Chr.	Anni ul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
4906 G 4	4176	191	238	1	Olymp. 243	946	941
4907 F 5	4177	194	239	2	11	947	942
4908 E 6	4178	197	240	3	111	948	943
4909 DC 7	4179	196	241	4	1V	949	944 Julii 7
4910 B 8	4180	197	242	5	Olymp. 244	950	945
4911 A 9	4181	198	243	6	11	951	946
4912 G 10	4182	199	244	7	111	952	947
4913 F 11	4183	200	245	8	1V	953	948 Julii 4

*Q. Sotus Falco. Victoris XIX. Pertinax XXI. Severus. C. Julius Clavius. 2. xx. Did. Julian.*  
Ineunte anno Pertinax Imperator à Lato, & Electo factus est. qui cum mensibus 2, diebus 28. imperasset, à militibus occiditur. à quibus Didius Julianus pactione pecuniae principatum obtinuit. Sed idem post menses 2. dies 5. interficitur. Interim L. Septimius Severus in Pannonia, & Pescennius Niger in Syria, Clodius Albinus in Britannia imperium usurparunt. Severus rerum potius primùm milites, à quibus occisus erat Pertinax, exauctoravit. tum Albinum Cæsaris oblata dignitate sibi conciliavit. Inde contra Nigrum profectus est. Herod. lib. 2. Xiphil. Capitol. Spart.

Hoc tempore Clemens Alexandrinus floruit.  
*L. Septimius Severus 11. Victoris*  
*Clodius Albinus. 3.*  
Severus cum Nigro in Oriente bellum gerit, ac vincit. Niger Antiochiam fuga dilapsus; eaque capta, ad Euphratem properans occiditur. Herod. 111. Xiphil. At Spartianus haud procul Cyzico obruncatum esse significat. Victor Papa Theodotum coriariū Byzantinum hæreticum ab Ecclesia ejicit. Euf. lib. v. cap. xxvii.

*Q. Flavius Tertullus. Victoris*  
*T. Flavius Clemens. 4.*  
Severus Byzantium, quod Nigri partes pertinacius forebat, triennio obsidet. Xiphil. Herodianus.  
*Cn. Domitius Dexter 11. Victoris*  
*L. Valerius Messalla Priscus. 5.*

*Ap. Claudius Lateranus. Victoris*  
*M. Marius Rufinus. 6.*  
Byzantini tandem coacti deditionem faciunt; cum Severus in Mesopotamia esset, & contra barbaros pugnaret. Civitati ergo libertatem abstulit; muros evertit, eamque Perinthiis contribuit. Postea reversus in Italiam de opprimendo Albino cogitavit. quem primùm infidiis aggressus, palam deinde bello appetiit. Dum adversus eum contendit, in itinere Bassianum filium Cæsarem facit, & Antoninum vocat Herod. 111. Xiphil.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, Polycrates, & Bacchylides Asiatici Episcopi florent. Euf. Chron.  
Orta de Paschatis celebritate controversia, Romæ à Victore Papa concilium celebratur: à Theophilo verò Cæsare, ex mandato Victoris. Ab iis catholicis obeundi Paschatis ritus sanctus est. Victor porro cum Asiaticos Episcopos à communione segregare vellet, Irenæus illum ab incepto deterruit. Eufeb. v. Hist. cap. xxiv, xxv.

Judaicum & Samariticum bellum hoc anno contigisse notat Eusebii Chron.  
*Ti. Aterius Saurinicus. Victoris*  
*C. Annus Trebonius Gallio. 7.*  
Numerianus Grammaticus incertum quo instanti Roma in Gallias profectus, ac Senatorem se esse, & à Severo missum simulans, collecta manu cum Albini copiis confligit: multisque rebus strenuè perpetratis, ad Severum etiam septingentesis hæs misit. Idem post victoriam Severi ad eum veniens nihil aliud quam quotidianum victum ab illo petiit, quo rure degens vitam sustentabat Xiphilinus.

Severus in Galliam veniens ad Lugdunum cum Albini exercitu pugnavit: ac cæsis utrinque plurimis, ipsoque inter alios Albino, rerum potitus est. Urbs direpta, & incensa. Caput Albini Romam missum, & suspensum. Secundum victoriam in amicis, & fautores Albini crudelissimè seviit. Herod. 111. Xiphil. Spart.

*P. Cornelius Anulianus. Victoris*  
*M. Aufidius Froyto. 8.*  
Severus Antoninum filium ex Senatus-consulto creavit Imperatorem; atque ad conciliandum sibi populum magnificentissimos ludos edidit, ac congiarium eidem, militibus donativum dedit. Unde natum Tertulliano scribendi de Corona militis argumentum. Herod. 111. Xiphil. Spart.

Herodianus significat utrumque Severi filium participem imperii, & admodum factum esse. Sed Spartianus Getam nonnisi Cæsarem creatum asserit. quod & probabilis videtur.

*Ti. Claudius Severus. Victoris*  
*C. Aufidius Victorinus. 9.*  
Severus in Orientem contra Parthos expeditionem duxit, relicto

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *	Mundi	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
4914 D 14 11	4184	201	246	9	Olymp. 245	954	949
4915 C 15 13	4185	202	247	10	11	955	950
4916 B 16 14	4186	203	248	11	111	956	951
4917 AG 17 15	4187	204	249	12	1V	957	952 Julii 3
4918 F 18 16	4188	205	250	13	Olymp. 246	958	953
4919 E 19 17	4189	206	251	14	11	959	954
4920 D 20 18	4190	207	252	15	111	960	955
4921 CB 21 19	4191	208	253	16	1V	961	956 Julii 2
4922 A 22 20	4192	209	254	17	Olymp. 247	962	957
4923 G 23 21	4193	210	255	18	11	963	958
4924 F 24 22	4194	211	256	19	111	964	959

relicto in Urbe Plautiano populati suo, cui multum tribuebat, ejusque filiam Bassiano filio desponderat. Parthos, Adiabenos, & Arabas devicit. Ctesiphontem cepit, ac diripuit. Herod. 111. Xiphil. Spart.  
Persecutionis velitatio quadam in Africa fuit Praside Saturnino. Tertull. ad Scap. cap. 11.  
*L. Annus Fabianus. Victoris*  
*M. Nonius Mucianus. 10.*  
Victor Pontifex die xxviii. Julii martyrio coronatur, cum sedisset annos 1x. menses 2. Post dies xi. suffectus est Zephyrinus patria Romanus.  
Scapula Proconsul Christianos in Africa vexat, antequam à Severo datum in illos esset edictum. Tert.  
Severus Alexandriam veniens jus ei bulentiarum dedit: cum hætenus, uno iudice, uti quondam sub regibus, contenti fuissent, quem Cæsar dedisset. Xiphil.  
*L. Septimius Severus Imp. 111. Zephyrini*  
*M. Aurelius Antoninus Imp. 2.*  
Severus congiarium populo dedit; Prætorianisque militibus virginitatem aureos. Quam in rem bis millies festentium insumpsit. Nuptia Antonini filii Severi, & Plautillæ Plautiani filia celebrata. Is tantum filia dedit, quantum reginis quinquaginta fatis esset. Xiphil.

QUINTA PERSECUTIO.

Contra Christianos nova persecutio commota, præsertim Alexandria, & in Ægypto, Lato Præfecturam obtinente. Nam Judæos fieri sub gravi poena vetuisse, & idem etiam de Christianis sanxisse refert Spartianus. Passus est tum Leonides pater Origenes, cum hic xvii. non plenos annos ætatis exegisset, ac martyrii desiderio flagraret. Eufeb. vi. Hist. cap. 111. & in Chron.

Passus est & Lugduni S. Irenæus.  
Judas Christianus scriptor in Danielis hebdomadas commentarium scribens in hunc annum desit. Eufeb. lib. vi. cap. vii.

*P. Septimius Geta Cæsar. Zephyrini*  
*L. Septimius Plautianus. 3.*  
*L. Fabius Cilo. Zephyrini*  
*M. Annus Libo. 4.*

Ludi seculares Romæ celebrati. Zofimus lib. 2. Censorinus. Plautianus Prætorio contra Imperatores conspirans occiditur: ac multi deinceps, qui illi faverant, è medio sublati. Herod. 3. Xiphil. Spart.

*Imp. M. Aurelius Antoninus 11. Zephyrini*  
*P. Septimius Geta Cæsar. 5.*  
Tertullianus in Africa; Clemens Alexandrinus in Ægypto insignes habentur.

*M. Nummius Annus Albinus. Zephyrini*  
*Fulvius Emilianus. 6.*  
Origenes seipsum castravit. Eufeb. lib. vi. cap. vii.  
Bulus quidam latro in Italia Severum mirè ludificatur biennio toto, ac demum dolo capitur. Xiphil.

*M. Flavius Aper. Zephyrini*  
*Q. Albus Maximus. 7.*  
Tertullianus contra Marcionem scribit. Tertull. i. con. Marc. cap. xv. Minucius Felix Romæ causas agens Dialogum pro Christiana religione edidit.

Severus in Britanniam cum filiis proficiscitur. Herod. lib. 111. Xiphil.  
*M. Aurelius Antoninus 111. Zephyrini*  
*P. Septimius Geta Cæsar 11. 8.*

Onufrius Getam hoc anno Augustum appellatum esse, ac Tribunitia potestate donatum confirmat ex numerorum inscriptionibus, in quibus legitur, *Imp. Cæsar P. Septimius Geta Pius Aug. Pont. Trib. Pot. 11. Cos. 11. & mox: Trib. Pot. 11. Cos. 11.* Sed nihil necesse est hoc potius anno, quam sequentibus illud ei contigisse. Circa hoc tempus Tertullianum librum de Pallio scripsisse ex cap. 2. colligunt.

*Ti. Claudius Pompeianus. Zephyrini*  
*Lollianus Avitus. 9.*  
Severus in Britanniam prosperè bellum gerit, ac muro per transversam insulam ducto eam munit. Spart.

*M. Acilius Faustinus. Zephyrini*  
*C. Caspianus Macer Rufinianus. 10.*  
Antoninus patrem interficere aliquoties aggressus est. Ideo Severus mæore contabescit. Herod. Xiphil.

*Q. Epidius Rufus Lollianus. Zephyrini*  
*Pomponius Bassus. 11. Caracalla.*  
*Parr II. D d d Severus*